



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

4 Externi veniant, si sit sententia discors.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

niantur, nec ante ex potestate eorum, quam, quæ perpetrantur, digne emendent. Quorum excommunicatio temeraria coram, & proprio Episcopo significanda est, ne eos recipiat, a. antequam illuc redeant, ubi rapinam & fecerunt, & ibi omnia pleniter emendent.

QVÆSTIO IV.

Porro cuius iudicium sibi expendantur sit, si iudices electi inter se discordare coeperint, in concilio Antiocheno, cap. 14. sic invenitur definitum.

C. I. ¶ **Q**uis sit ferenda sententia, quando comprovinciales Episcopi discordant.

Si quis Episcopus criminaliter in iudicio Episcoporum fuerit accusatus, contingat autem Episcopos provincie, qui conveniunt, diversas habere sententias, & alios quidem innocentem cum pronunciant, alios reum, propter huiusmodi controverfiam amparandam placuit hanc synodo metropolitanam & Episcopum alterius provincie vicinæ advocari, & aliquantos cum eo Episcopos alios, qui pariter residentes, quæcunque fuerint, dirimant quæstiones: propter hoc, ut firmum sit iudicium, quod ab unius provincie Episcopis fuerit promulgatum.

¶ **C**apit hoc in multis editionibus vetustis Gratiani exemplaribus citatur ex concilio Ludiceno. In nonnullis per aliquos est ex concilio Antiocheno, in quo etiam extat, & est antiqua versio.

¶ **M**etropolitani ¶ **G**racianus exemplar hic valde diffinit ab hac versione. Nam ex his verbis colligitur concilium unius provincie, in quo necesse est adesse præcipuum metropolitanum, posse ad eorum vicinam provinciam metropolitanam, cum aliquos Episcopos, quod Martinus etiam Bracarenfis in sequenti capite, quod ex concilio Antiocheno accepit, confirmat. Græci vero locum istum habent: *ἵδῃ τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου ἡμετέρου ἰησοῦ χριστοῦ ἐπισκοποῦ καὶ τῶν ἐπισκοποῦντων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς ἐκείνης ἐπαρχίας, καὶ τῶν ἐπισκοποῦντων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς ἐκείνης ἐπαρχίας, καὶ τῶν ἐπισκοποῦντων ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῆς ἐκείνης ἐπαρχίας.* Quod Divinus, quemadmodum etiam est in codice canonum, sic verum: Sancta synodus placuit, ut metropolitanus Episcopus à vicinâ provincie iudices alios convocet, qui controversiam tollant, ut per eos simul, & per comprovinciales Episcopos, quod iustum visum fuerit, approbetur. *de factis, quod metropolitanus ad alterius metropolitanum vocacionem debet venire, atq; in eodem concilio duo metropolitani futuri essent, non videtur convenire.*

C. II. ¶ **Q**uando iudices electi de sententia inter se discordare coeperint, de vicina provincie Archiepiscopus advo-

Item ex concilio Martini Papæ c. [id est] Episcopi Bracarenfis. c. 13.]

Si quis Episcopus in aliquibus causationibus iudicatur, & videri ipsos Episcopos, qui in provincia sua sunt, inter se iudicari crepare, & alii videantur eum, qui ius ius diffinitionis, hoc placuit sancto concilio, ut te provincia vicinâ alter metropolitanus convocetur Episcopus, ut per eum confirmetur, quod secundum iudicium placuerit canonem.

Nisi eorum provincie primatus habuerit, ad quem negotia, que per metropolitanum terminari non valent, referenda sint.

a. al. recipiunt. b. al. nappas. c. Burch. l. i. c. 120. l. v. p. 3. cap. 15. d. al. de aliquibus causis criminalibus. e. in capitulo 6. m. d. c. 13.

C. III. ¶ **P**rimatus deferantur negotia, que metropolitanus explicare non valent.

Unde Bonifacius Papa, Episcopus i. Gallia.
Si a inter Episcopos eiusdem concilii dubitatio emerferit de ecclesiastico iure, vel de aliis negotiis, primum metropolitanus eorum cum aliis in concilio considerans rem diiudicet, & si non acquiescat utraque pars iudicatis, tunc Primas regionis inter ipsos audiat, & quod ecclesiasticis canonibus, & legibus vestris consentaneum sit, hoc definiat, & nulla pars calculo ejus valeat contradicere.

¶ **E**piscopus ¶ **S**ic est emendatum ex aliquo vetusto codice, Barchardo, Toone & Polycarpo: Antea erat, populis, Simulima vero huic capite leguntur Novella 123. cap. 24. apud Iulianum antecessorem.

C. IV. ¶ **D**e eodem. **PALEA.**
[Item Alexander Papa.]

Si metropolitanus à quocunque comprovinciali Episcopo in causa propria appellatus eum audire distulerit, in proxima synodo negotii sui habeat licentiam exerceendi, & quicquid per eum iustitiam à comprovincialibus suis fuerit statutum, debet custodiri.

¶ **E**piscopo ¶ **B**archardus & Ivo addunt, bis fuerit in causa, &c.

Sed si omnium comprovincialium concordia sententia fuerit damnata, manebit erga eum invariabilis censura.

C. V. ¶ **E**piscopus, qui ab Episcopo sua provincie confirmata sententia appellatus fuerit, ab alio iudicari non poterit.

Unde in Antiocheno concilio, cap. 15. legitur.

Si quis Episcopus criminaliter accusatus ab omnibus, qui sunt intra provinciam, Episcopis, acceperit denam, conformemque sententiam, ab aliis ulterius iudicari non poterit, sed manere circa eum oportet tantum convenientem, quæ ab omnibus prolata est, firmam, ratamque sententiam.

Subintelligendum vero est, nisi ad iudicem majori auctoritate fuerit provocatum. Tunc enim per appellationem soluta sententia firmitatem non obtinet.

C. VI. ¶ **S**emel definitum retractari non licet, nisi ubi major auctoritas fuerit.

Unde Nicolaus Papa ait in ep. ad Carolum regem, casus instituit, [Nobiscum delorem generat.]

Quod bene semel definitum est, & interpositis iuramentis deliberatum, nulla debet iteratione (nisi fortassis ubi fuerit major auctoritas) retractari.

C. VII. ¶ **I**n renovatione iudicii, B. Petri memoria est habenda.

Item ex concilio Sardiceni, c. 4.

Sus Episcopus dixit: Quod si aliquis Episcopus ad iudicium fuerit in aliqua causa, & putat se bonam causam habere, ut iudicium renovetur, si vobis placet, sancti Petri Apostoli memoriam honoramus, ut scribatur vel ab his, qui examina verunt, vel etiam ab aliis Episcopis, qui in provincia proxima morantur, Romano Episcopo. Et si iudicaverit renovandam esse iudicium, renovetur, & de iudicibus. Si autem probaverit talem causam, & de iudicibus. Si autem probaverit talem causam, ut ea non refficerentur, quæ acta sunt, quæ decreverit Romanus Episcopus, confirmata erunt. Si hoc ergo omnibus placet, statuatur: synodus respondit: Placet.

a. Polyc. lib. 5. tit. 14. Burch. l. i. cap. 17. l. v. p. 3. c. 149. Plan. l. 4. cap. 22. b. Barchard. lib. 1. c. 19. l. v. p. 3. cap. 269. c. al. propter. d. al. excepit. e. Burch. l. 1. c. 19. cap. 27. Nicol. Episcopi quo in Concilio conveniunt. f. Anselm. lib. 2. cap. 77. g. paulo aliter in Græco.